

cesserit, aut iniret monasterium Domino servire, A  
aut humanum subeat.

CAP. LXV.

<sup>b</sup> Qui per jussionem domini sui occiderit hominem, dies 40 jejuset.

CAP. LXVI.

Ante natalem Domini nostri Jesu Christi, Græci sera et Latini nona hora missas celebrant.

CAP. LXX.

Qui pecuniam in prædam duxerit, tertiam partem eroget, et 40 dies jejuset.

CAP. LXXIII.

<sup>c</sup> Qui dimiserit uxorem suam alteri conjungens, septem annis pœniteat.

CAP. LXXV.

Patri et filio matrem et filiam licet in matrimonio B  
habere.

CAP. LXXVII.

<sup>d</sup> Mulier sponte perdens partum suum, si ante 40 dies conceptionis, annum unum pœniteat, si vero post, tres annos pœniteat.

EX CAP. LXXX.

Similiter quæ ab ipsis supradictis consecratur, aqua exorcizata aspergantur, et aliqua collectione confirmentur.

CAP. LXXXVIII.

Presbyter si viam ambulaverit, et occurrens mulier rogans eum filium suum infirmum baptizari, ipse pro itineris sui festinatione neglexerit; quicumque etiam præsumperit in provincia sua propria, aut aliena, vel ubique inventa fuerit qui commendatum sibi infirmum non vult baptizare, et sic sine baptismo morietur, deponatur. Similiter autem si hominem occiderit, aut fornicationem fecerit, deponatur.

CAP. XCI.

<sup>e</sup> Qui duxerit viduam in uxorem sibi vel post baptismum, sive ante baptismum, non potest esse presbyter.

CAP. XCII.

<sup>f</sup> Non communicet vir cum uxore sua adultera, similiter et uxor cum adultero viro non ineat pacem communicationis.

<sup>a</sup> Deest hic aliquid; suppleri potest ex Capit. 64, lib. IV.

<sup>b</sup> Pœnit. Rom., tit. 4, c. 17.

<sup>c</sup> Pœnitent. Rom., tit. 3, c. 20.

<sup>d</sup> Beda, de Remed. pecc., c. 3.

<sup>e</sup> Egb. Excerpt. 31.

<sup>f</sup> Summa esto, si quis 32, q. 1, ex Theod. Pœnit.

<sup>g</sup> Can. sub nomine ap. 9.

<sup>h</sup> Can. sub nom. apost., c. 14; concil. Antioch., c. 2; concil. Bracharense II, c. 83.

CAP. XCIV.

<sup>g</sup> Si quis episcopus vel presbyter fracta oblatione non communicaverit, dicat rationabilem causam; sin aliud, deponatur.

CAP. XCV.

<sup>h</sup> Omnes fideles qui ingrediuntur ecclesiam ac sanctam oblationem non præsumunt, nec percipiunt sacrificium, cum convenit privari communionem.

CAP. XCVI.

Episcopus non exeat ad aliam parochiam, et suam relinquat; nisi episcopus multorum judicio et maxime supplicatione perficiat <sup>i</sup>.

CAP. XCVII.

<sup>i</sup> Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione ejus amputata sunt virilia, vel si ita factus est natus, et est dignus, efficiatur episcopus. Si quis amputaverit sibimetipsis virilia, omnino non potest esse clericus. Si quis post gradum amputaverit virilia, omnino damnetur. Si quis semetipsum absciderit, tribus annis communionem privetur.

CAP. XCIX.

<sup>k</sup> Nullus per pecuniam obtineat gradum: sin vero, et ipse, et ordinator ejus omnibus modis a communionem projicientur.

CAP. CI.

Qui carnes immundas manducaverint, et olera quæ cum carne coquantur, cessare oportet a ministerio.

CAP. CVI.

<sup>l</sup> Episcopus, presbyter, diaconus confiteri debet peccatum suum. Confessio Deo soli, si necesse est agi licet.

CAP. CVII.

<sup>m</sup> Dæmonium sustinenti licet petras et olera habere sine incantatione.

CAP. CVIII.

<sup>n</sup> Perjures tribus annis pœniteant. Sodomitæ septem annis; molles uno anno.

CAP. CXIV.

<sup>o</sup> Stando orandum pro reverentia Dei.

EX CAP. ULTIMO.

<sup>p</sup> Basilius judicavit pueris licentiam nubere ante sexdecim annos, si abstinere non potuerint, quamvis monachi fuissent.

<sup>i</sup> Proficiat. Vid. concil. Antioch., c. 3.

<sup>j</sup> Canon. sub nomine ap., c. 21, 22, 23, 24; conc. Nic., c. 1.

<sup>k</sup> Can. sub nomine ap. 50.

<sup>l</sup> Gregorii III Judicia, c. 30.

<sup>m</sup> Ivo, p. XI, c. 75, ex dictis Hieronymi.

<sup>n</sup> Pœnit. Rom., tit. 2, c. 4.

<sup>o</sup> Vid. Tert., de Corona mil., c. 9, et lib. de Orat.

<sup>p</sup> Vid. Reg., interrog. 7, et ad ant. 15, in regulis fusius disputatis.

## FRAGMENTA EX CANONIBUS.

I.

Ex canonibus a Garsia Loaisa collectis sub titulo Conciliorum Toletanorum.

CAP. XVII. — <sup>a</sup> De his etiam super quibus interro-

<sup>a</sup> Regino, l. II, c. 362; Burch., lib. XIX, c. 152.

gasti, hoc est, de illa femina, quæ menstruum sanguinem suum immiscuit cibo vel potui, et dedit viro suo ut comederet, et de illa quæ semen viri sui in votu bibit, et de ea quæ testam hominis combua-

sit igni, et viro suo dedit pro infirmitate vitanda, A quali pœnitentia sint plectendæ: ut nobis videtur, tali sententia sunt feriendæ, sicut magi et arioli, quia magicam artem exercuisse noscuntur. Nam de his qui magicam artem exercuisse noscuntur, et auguria attendunt, et divinationes observant, Theodori archiepiscopi gentis Anglorum constitutiones habemus, in quibus scriptum est. <sup>a</sup> Qui immolat dæmoniis in minimis, unum annum pœniteat. Qui vero in magnis, decem annis pœniteat. *Rabanus eadem citat ex constitutionibus Theodori, sed quæ integra sic representat in epistola ad Heribaldum.*

Theodori archiepiscopi gentis Anglorum constitutiones habemus, in quibus scriptum est: Qui immolat dæmoniis in minimis unum annum pœniteat. Qui vero in magnis, decem annos pœniteat. <sup>b</sup> Mulier si qua ponit filiam suam supra tectum vel in fornacem pro sanitate febris, septem annos pœniteat. <sup>c</sup> Qui ardere fecit grana ubi mortuus est homo pro sanitate viventium et domus, quinque annos pœniteat. Si mulier incantationes vel divinationes fecerit, unum annum vel tres quadragesimas vel quadraginta dies juxta qualitatem culpæ pœniteat. *Vide quoque Rab. lib. III de pœnitentium satisfactione, cap. 48.*

## II.

*Ex excerptiōibus Egberti Eboracensis archiepiscopi.*

CAP. LVI. — *Theodorus dicit: Statutum ut sine auctoritate vel consensu episcoporum presbyteri in quibuslibet ecclesiis non constituantur, nec inde expellantur, et si quis hoc facere tentaverit, synodali sententia feriat.*

CAP. LXVI. *Theodorus dicit. Monachi non mi-*

<sup>a</sup> Regino, lib. II, c. 360, 361; Burch., lib. x, c. 13.

<sup>b</sup> Bedæ can. *ad remedia peccatorum*, c. 11.

<sup>c</sup> Regino, lib. II, cap. 357; Burch., lib. x, cap. 24.

grent de loco ad locum; sed in ea permaneant obedientia, quam tempore suæ conversionis promiserunt.

## III.

*Ex Ven. Bedæ canonibus ad remedia peccatorum.*

EX CAP. VIII. *Theodorus dicit. Monachus faciens <sup>d</sup> fornicationem, et non inveniens, annum unum pœniteat et dimidium. Item monachus faciens cum puella, sex annos pœniteat.*

## IV.

*Ex capitulis selectis canonum Hibernensium, quæ R. D. Lucas Acherius edidit in Spicileg. tom. IX.*

LIB. LII, CAP. 14. — *De morticinis suis, et de animalibus sanguinem humanum sumentibus, et de carnibus comestis a lupis; de piscibus et strangulatis animalibus; de comestis ab accipitre, et de equo.* — *Theodorus episcopus dicit: Græci carnem morticinam non dant porcis suis. <sup>e</sup> Pelles vero morticinorum ad calceamenta et lanam et cornua licent accipi; sed non in sanctum aliquid. Tamen si casu porci comedant carnem morticinorum, aut sanguinem hominis, non abjiciendos credimus; nec gallinas æquali modo. Animalia quæ a lupis, sive canibus consumuntur, non comedenda, nisi porcis projiciantur et canibus; nec cervus, nec aper, si mortui inventi fuerint; pisces autem licent, qui alterius naturæ sunt. Aves et animalia cætera, si in retibus strangulentur, non sunt comedenda. Paulus enim ait: *Abstinete vos a suffocato sanguine, et ab idololatria* (Act. XXI, 25). Similiter ab accipitre mortua. Equum non prohibent: tamen consuetudo non est comedere.*

<sup>d</sup> *Quærens*, in Pœnit. antiquo Andeg., et in cod. ms. viri cl. Ant. domini d'Érouval.

<sup>e</sup> Ivo, p. XIV, c. 97, ex Pœnit. Th.

## FRAGMENTA EX LIBRIS PŒNITENTIALIBUS.

## I.

## EX PŒNITENTIALI ROMANO.

TIT. I, CAP. X. *De illis qui pro vindicta parentum homicidium committunt.*

(Ex Pœnitent. Theodori.)

<sup>a</sup> Qui pro vindicta fratris, aut aliorum parentum hominem occiderit, ita pœniteat ut homicidia sponte commissa: cum ipsa Veritas dicat: *Mihi vindictam, et ego retribuam.*

TIT. II, CAP. IV. *De illis qui se scienter perjuraverint.*

(Ex Pœnitentia Theodori.)

<sup>b</sup> Si quis suspicatur quod ad perjurium ducatur, et tamen ex consensu jurat, quadraginta dies pœniteat, et septem sequentes annos, et nunquam sit sine gravi pœnitentia.

<sup>a</sup> Regino, l. II, c. 23; Burch., lib. VI, c. 32, Ivo, p. x, c. 16.

<sup>b</sup> Rab., in ep. ad Heribald., c. 18; Regino, lib. II,

TIT. III CAP. XXIV. *De his qui fornicati sunt sicut Sodomitæ.*

(Ex Pœnitentia Theodori.)

<sup>c</sup> Si quis fornicatus fuerit, sicut Sodomitæ fecerunt, si episcopus, viginti quinque annos pœniteat: **D** quinque ex his in pane et aqua, ex omni officio deponatur, peregrinando finiat dies vitæ suæ. Presbyter quindecim annos pœniteat, quinque ex his in pane et aqua, superiori sententia deponatur. Diaconus et monachus duodecim annos, tres in pane et aqua, et deponatur. *Addit. Ansel.:* Si autem senex, aut æger fuerit, carceribus tenebrosis reclusus pœniteat omnibus diebus vitæ suæ.

TIT. III, CAP. XXV. *De eo qui fornicari vult, et non potest.*

<sup>d</sup> Si quis concupiscens fornicari, et non potuerit, aut mulier non susceperit eum, si episcopus, septem

c. 326; Burch., l. XII, c. 11; Ivo, p. LXII, c. 68.

<sup>c</sup> Ansel., lib. XI, c. 97.

<sup>d</sup> Ansel., l. XI, c. 129.